



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ervditione Religiosorvm**

**Humbertus <de Romanis>**

**Ingolstadii, 1591**

**VD16 H 5888**

Modus sumendi cibum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](#)

citra ebrietatem. Sobrietas verò in cibo & potu, animæ & corpori multum est vtilis. Chrysostomus, Nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio. Excessus in cibo frequenter est occasio ferculorum multitudo: quæ non solùm animæ, sed etiam corpori est nocuia. Seneca: Fastidientis stomachi est, multa degustare. Quæ vbi varia sunt, & diuersa, inquinant, non alunt. In multis escis erit infirmitas. Seneca de antiquis loquës, ait: Simplex erat ex causa simplici valetudo: morbos multos multa fercula fecerunt.

*Epist. 2. circa mediū.*

*Epist. 96. antem mediū habet ali- quid de hoc.*

*Vltima pars huius capituli, de modo sumendi cibum.*

**A**D modum sumendi cibum pertinēt munditia & temperantia. Munditiam cibi multi non seruant: de quibus Hugo de sancto *In tract. de Victore*: Quidam ferculorum frusta adipem *institut. non distillantia mensalibus inuoluunt aut superin-* *uit. cap. 21.*  
iiciunt: Alij vñctas manus ad vestimenta sua detergentes, rursus ad cibaria tractanda redeunt. Alij nudis articulis coclearis vice pescantur, ita ut in eodem iure & manus ablutionem, & ventris refectionem, quærere videantur: Alij semirosa crustula cibariis iterum infigunt, & reliquias dentium suorum offas facturi in poculis demergunt. Et subdit; Hæc à dicentibus *Eodem cap. erubescenda fuerant: si à facientibus præsum-* *citato à medio.*  
pta non fuissent. Nunc autem sustineant in audiendo verecundiam, qui in faciendo noluerunt habere disciplinam. Idem: Temperantiam manducandi intelligimus, si tractim homo

&

& non cum nimia festinatione comedat. Ad hanc temperantiam pertinet, refrenare nimium appetitum cibi & potus: & se non effundere super escam. Noli esse audius in omni epulatione & non te effundas super omnem escam. August. Fieri potest, ut sine omni vitio cupiditatis vel voracitatis, pretiosissimo cibo sapiens vtatur insipiens autem fœtidissimæ gulæ flammam in vilissimum cibum inardescat: & sanius quisque more Domini, maluerit pisce vesci, quam lenticula, more Esau. Non propter hoc continetiores sunt nobis plæreque bestiæ, quia vilioribus escis aluntur. Effusio vultus interioris super escam est, quando animus ad cibum sic trahitur, ut aliud cogitare non sinatur. Comitari solet fœdam auditatem inordinatio in scindendo panem, & sumendo cibum, & comedendo. Valet contra hanc auditatem, Psalmi interpositio cum aliqua oratione. Ad idem etiam valet auditus sacræ Scripturæ, vel recordatio.

*Bernard.*

*In 3. regul.*


*cap. 13.*

*Matt. 4.*

In libro de vita solitaria: Cùm manducas, nequam totus manduces; sed corpore tuo suam refectionem procurante, non omnino anima suam negligat: sed de memoria suavitatis Domini, vel Scripturarum, aliquid quod eam pascat meditando, vel saltem memorando secum ruminet & digerat. August. in regula: Cùm acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu & contentione audite: nec solæ vobis fauces sumant cibum, sed & aures audiant verbum Dei. Saluator diabolo tentanti de peccato gulæ, ait: Non in solo pane vivit homo, sed in omni

Ad  
nium  
re su-  
ione,  
ngust  
is ve-  
atur  
am in  
uisq  
len-  
nen-  
iori-  
s su-  
c tra-  
itari  
scin-  
den-  
ter-  
tiam  
atio-  
, ne-  
o su-  
ani-  
tatis  
eam  
o se-  
Cùm  
uod  
fine  
obis  
ver-  
cato  
d in  
nni

omni verbo quod procedit de ore Dei: insinuás  
cibum corporalem despiciendum esse propter  
spiritualem. Contemnentes cibum spiritualem,  
& appetentes corporalem reprehendit Bernar- *In Apolog.*  
dus his verbis: Nobis conuenientibus in vnum, *ad Guiliel-*  
vt verbis Apostoli vtar, iam non est Domini- *mum abba*  
cam coenam manducare. Panem quippe cœle- *tem, cap.*  
stem nemo est qui requirat: nemo qui retribu-  
at. Nihil de salute agitur animalium: sed nugæ  
& risus proferuntur in ventum. Idem: Inter  
prandendum quantum fauces dapibus, tan-  
tum aures pascuntur rumoribus, quibus  
homo totus intentus modum  
nescit in edendo.



*Secundi libri eruditionis religiosâ-  
rum finis.*



TER.